

Ornatissimo Viro Domino Johanni Henkelo  
Canonico Vratislaviensi.

Inter plurimos annos nulli hoc fuit iniquior, curi do-  
mesticis molestissimę, et multarum magnarum Amicorū  
morte funestę, quorū precipui fuerē Archiepiscopus  
Santuarientis et Alphonsus Valdesius. Quorundam fucatorū  
Amicorū artificio factum est, ut simul cum Archiepiscopo  
mihi perierint pensiones, hoc est, quicquid fortūitarū  
habebam in Anglia, per quos suppressa etiam fuit pensio  
duorū Amicorū preteritorum, jam tum enim vultu  
res illi cadaveri iminebant, sed pro his Dominę dabit  
letiora, si nitel.


Autumno non egrotabam, sed languēbam. per hyemem  
sat commode valui. Recognovi scholia in Hieronymum  
qui Lutetia rursę excūsus est. Recognovi adagiorum opus  
cui adieci ferme quinq; centūrias. colloquii duo adieci  
mę. Vertimę ex Crisostomo homilias octo antea non  
versas. scripsimę explicationem symboli Apostolici. (latere  
inventa sūnt, sub finem Februarij. Martij mensis tempo-  
re visus suos, ventos feleratissimos, tentans ac retentans  
omnes hujus corpūsculi angulos, primum affectit scapulam  
sinistram, sed dolore modico. Illinc demigravit in pedem  
sinistram tanto cruciatu, ut triduo et cibum et somnum  
ademerit; lentę abiit, Titilavit et dextram pedem, tan-  
dem invasit stomachum et adhuc haeret in humero dextro  
et sinistro; nunc podagram, nunc paralyfin nunc calu-  
los minitans. Melior reditum in patriam, sed nondum  
succedit. Regina triumphat illi. Ita narraha legatio  
quod hęc


qua hinc ad Cesarem ibat, principe tua quidam fratre ser-  
dinalis Orvii. Gaudeo quod doming illi pro afflictionibus  
reddiderit hoc solatij. Tu, si recte vales, est quod magnopere  
gaudeam. Apud Friburgum Brigod. 9. Cal. April. 1533.

Erasmus Rotterod. manu meā.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is mirrored and difficult to decipher due to its orientation and fading.

170





*[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page]*

